Universitätsbibliothek Paderborn

# Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**

**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Pro Indulgentiis Portiunculæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53072

*PRO*

# INDULGENTIIS PORTIUNCULÆ.

THESIS I. *Eſt, qui multa redimat modico pretio.* Eccl. 20. v. 12. I. Hæc Indulgentia à Chriſto *Data* eſt. II. A Chriſto *Confirmata* eſt. III. A Chriſto *Publicata* eſt. *A Domino factum eſt iſtud.* Pſ. 117. Primum quidem, quando Chriſtus prima vice apparuit illam dando; Alterum, quando altera vice Franciſco apparuit determinando tempus illius, ſcilicet à primis Veſperis uſque ad ſecundas; Tertium, cùm in publicatione valoris tantùm ad decennium, juxta mentem Pontificum, locò verborum *ad decennium* Epiſcopi ſemper vi coacti protulerunt *in perpetuum.* *La Selve part. 3 de Sanctis.* *Excellentia.*

THESIS II. *Ut plures lucrifacerem.* 1. Cor. 9. v. 19. Dedit Chriſtus hanc Indulgentiam I. Ut *Mercedem Zeli* S. Franciſci, qui teſte S. Bo- *Cauſa.*

nav.

nav. c. 9. Legend. fervidum habebat zelum ad ſalutem omnium ſalvandorum. II. Ut *Signum Amoris* ſui erga Peccatores, meritò adnumerandum tribus alijs, ſcilicet Nativitati, Paſſioni, Euchariſtiæ, quæ ſigna ſunt amoris ejus erga peccatores. III. Ut *Monumentum Liberalitatis* ſuæ erga Eccleſiam, cùm hodie deſcendens de cœlo ipſemet theſauros Eccleſiæ aperuit. *Id. ibid.*

*PRO*

# ASSUMPTIONE VESTIS RELIGIOSÆ.

*Bona Status Religioſi*

THESIS I. *David fugit, & ſalvatus eſt.* 1. Reg. 19. v. 10. In Religioſo ſtatu homo vivit I. Puriùs. II. Cadit Rariùs. III. Surgit Velociùs. IV. Incedit Cautiùs. V. Purgatur Citiùs. VI. Irroratur Frequentiùs. VII. Quieſcit Securiùs. VIII. Moritur